

mediam  $23^{\circ} . 28' . 20''$ . supputatam exhibet, Tabula <sup>|| 9</sup>XXIV. correctionem hujus declinationis pro varia obliquitate apparente complectitur.

Tabula XXV. Angulum Eclipticæ cum Meridiano item ad obliquitatem Eclipticæ mediam complectitur; Tabula vero XXVI. ejusdem Anguli correctionem ad rationem obliquitatis apparentis exhibet.

Tabula ~~XXVII~~XXVII. Distantiam Solis à Terra in partibus 10000. proponit cujusmodi Cassiniana est, hanc eo Consilio adjeci, quod ea in Tabulis planetarum *D. Cassini*, quas editurus sum, usum suum commodum habeat.

Tabulæ XXVIII, & XXIX. Ascensioni rectæ Solis convertendæ in tempus verum & vicissim deserviunt; his opus habemus, dum distantiam  $0 \vee$  à meridiano, & per hanc accelerationem fixarum præ motu Solis vero, itemque fixarum culminationem inquirimus, aut dum observationem Solis cum fixis, & Planetis institutam ad gradus Æquatoris reducimus.

Hæc Summa est Tabularum omnium, ut mihi præter has, haud aliæ desiderari posse videantur. Harum usum cum primis solius DEI Gloriæ, *quam cæli enarrant, & ejus opus manuum annunciat firmamentum*, tum vero utilitati generis humani, quæ multifaria est, dicendam volui.

